humanum genus non credebant aequari propemodum arbitraban-
tur. cum Justitiae Solem semper viderent sibi exoriri. Luna
vero pulcherrimae sanctissimae faciei denegari conspicerent
et ~~tae~~ primum cum ad Caelos transiret mater benignissima
~~tua~~ fuit. Deinde clarius lucere poterat inter Caelestes
stellarum radios illa, quae navigantium in huius aerumnosissi-
mi pelagi fluctibus sidus esse volebat, et suae misericordiae
splendoribus portum ostendere ad quem naufragantem vitae
~~nrae~~ naviculam applicaremus, et spei firmissimam anchoram fige-
remus postremo cum amplissimam nobilissimi Triumphi glo-
riam a Deo Ter optimo Max: sibi concessam diutius differre
voluisset; cuius ~~cons~~ pompam apparare Caelestibus Angelorum
Choris obtinebat quorum animis et pulchritudo Mariae desiderium
rium injiciebat et Maiestatis amplitudo augebat, pulchritu-
dinem vero non eam tantum dico quae corpori nativam afferebat
decorem, atque ornamentum, sed animi, qua Deo illi omnium
rerum summo Creatori elegantiaeque conditori tantopere
placuit, ut pulcherrimas atque augustissimas Caelorum machi-
nas, Divinitatis Palatia Empyrei magnificentiam
Angelorum perfectissimas reliquerit Creaturas et in castis-